

Grammatikteil:

- Deklinieren: *der Herr*
- Tempusreihe in aktiv und Vorgangspassiv: 3. Ps. Sing. von *mögen*
- Deklinieren: *magnus miles* und *hoc flumen*
- Deklinieren: *is*
- Tempusreihe: *pacare* (im Singular) und *munire* im (Plural)

Textteil:

[1] Hoc proelio nuntiato¹ Atuatuci domum reverterunt². [2] Fere³ omnibus oppidis incensis sua omnia in unum oppidum comportaverunt. [3] Hoc oppidum ex omnibus partibus altissimas⁴ rupes⁵ habebat, unā parte hostibus erat aditus⁶. [4] Hunc locum altissimo⁴ muro muniverant. [5] Atuatuci ipsi erant ex Cimbris Teutonisque prognati⁷, qui iter in provinciam nostram atque Italiam facientes citra flumen Rhenum impedimentis praesidio sex⁸ milia hominum reliquerunt. [6] Hi post eorum obitum⁹ multos annos¹⁰ a finitimis pressi pace factā hunc locum sibi sedi¹¹ delegerunt. [7] Primo adventu exercitus nostri multos impetus ex oppido faciebant et cum nostris contendebant. [8] Tum in oppido multis castellis¹² fossāque munito se continebant. [9] Atuatuci, cum primum viderunt turrim¹³, quam Romani procul¹⁴ fecerant, primo eos irridebant¹⁵. [10] Sed eā a militibus ad muros motā se Romanis dederunt.

¹ *nuntiare*: melden

² *revertere, reverti, reverti*: zurückkehren

³ *fere* (Adv.): fast

⁴ *altus, a, um*: hoch

⁵ *rupes, rupis, f.*: Fels

⁶ *aditus, us, m.*: Zugang

⁷ *prognatus, a, um*: abstammend

⁸ *sex*: sechs

⁹ *obitus, us, m.*: Untergang

¹⁰ *annus, i, m.*: Jahr

¹¹ *sedes, sedis, f.*: Sitz, Wohnsitz

¹² *castellum, i, n.*: Festung

¹³ *turris, is, f.* (hier offenbar Akk.): Belagerungsturm

¹⁴ *procul* (Adv.): in der Ferne

¹⁵ *irridere*: auslachen